

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - V, 12 : De Nymphis](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 12 : De Nymphis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[52\] : De Nymphis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 12 : De Nymphis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 13 : Des Nymphes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 12 : Des Nymphes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 144v°-145v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Nymphes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

De Nymphis, Cap. XII.

Nymphas Oceani filias & Testhyos esse dixerunt antiqui; vti testatur Orpheus in hymno in Nymphas;

Nύμφαι Ὠκεανίου καὶ Τηθύου Πύλαιαι.

Ἐρπονέσσι γαίης ὅμοι ἐπιβουκόλαι Ἰχθυαί.

Nymphæ magnanimæ Oceani certissima proles,

Sub tellure domos colitis quæ humentibus antris.

10 Virgilius Nymphas fluuioꝝ matres putauit, cum ita scribat in lib. 2.

Nymphæ laurentes, Nymphæ genos amibus vnde est.

Has non solum communi nomine appellauit Nymphas Orph. in illo hymno, sed etiam Hamadryadas, cum inquit;

ἄρα ἡαμαδρυάδαι, φιλοπαίαι.

Nymphæ & hamadryades festiuæ.

Id sanè idcirco effectum est, quia Nympharum aliæ sunt creditæ cælestes, aliæ terrestres; aliæ fluuiales, aliæ marinæ, aliæ stagnorum præfides; quom diuisionem fecit Mnesimachus Phaselites. & Hous. de quadam varietate harum ita meminit in hymno in Venerem;

30

ἔτι καὶ φασὶ ἔσθ' ἄλλα κατὰ τόπον.

ἢ καὶ φασὶ, αἱ κατὰ τὸν τόπον τῶν τόπων,

καὶ ἄλλα ὡς τὰς ἀνὰ τὰς βίβλιας ἔστιν.

Si qua es Nympharum sylvarum tecta colentum.

Si qua es Nympharum quæ montem hunc numine seruant,

Aut fontes, mollisue indutas gramine valles.

Illæ Nymphæ, quæ cælestes putabantur, credebantur esse animæ sphaerati; quas etiam Musas vocarunt, ac vires quæ inde ad nos manarent. Testes itum aliæ syluis præerant, vt Dryades, aliæ montibus vt Oreades aut Orestiades, aliæ singulis arboribus vt Hamadryades: aliæ pascuis & floribus, vt Napeæ, nam *πάσκα* saltus ac pascua significat. Fluuioꝝ præfides Naiades dicebantur, quia fluuuii perpetuò fluerent, *ναίη* enim fluere significat. Stagnorum rursus Deas Limniades nominarunt, cum *λίμη* sit stagnum. Aliæ marinæ putabantur, vocabanturque Nereides. Quod verò loca nonnulla forent Diis variis consecrata, & qua de causa id fieret, testatus est Dion. Halicarn. libro primo, hoc pacto;

30

ἔτι καὶ φασὶ ἔσθ' ἄλλα κατὰ τόπον. ἢ καὶ φασὶ, αἱ κατὰ τὸν τόπον τῶν τόπων, καὶ ἄλλα ὡς τὰς ἀνὰ τὰς βίβλιας ἔστιν.

Montes quidem & saltus Pani, præta & loca videntia Nymphis, litora & insulas marinis numinibus, ex cæteris locis vnicuique Deo, sicut illius naturæ conuenit. Paus. in Phocens. quandam ex Nymphis Libæam nominat Cephissi filiam, atque alibi de Nomia mentionē fecit indigena Arcadum Nympha, atque Nymphas inquit non esse quidem omnino sempiternas aut mortis expertes, sed innumerabilem pene annorum nūm etiam viuere, & id de antiquorum poetarum sententia. Assabantur vates non minus Nympharum, quàm cæterorum Deorum numine, quare scripsit Paus. idem in Messeniaca nonnullos Nympharum numine afflatos ciuitatum ruinis prædixisse: quippe cum illæ diuinationū etiam putarentur auctores. lac & oleum illis offerbatur, cum sacra fierent, vt scripsit Theophrastus in Viatoribus in his;

40

Ἐστὶ δὲ κρητὶς μὴ ἀλλοτρίως ἀλλοτρίως.

Ταῖς τῶν φασὶ, Ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλα ἄλλα ὡς τὰς βίβλιας ἔστιν.

Ac fla-

At statnam lactis magnum cratera decoris
Nymphis : mox alius pinguis ponetur oliui .

Consueverunt capras etiam illis immolare, ut testatur idem poeta in eadem
Aegloga ;

τὸ κροκύλος μετ' ἴδουσι τὸ περὶ δὲ αἰὶάδου

ταῖς νύμφαις τὰς αἰὶάδας .

Hanc mihi dat Crocylos cum Nymphis forte capellam
Maclaret .

His mel offerri solitum quidam putarunt, quia floribus delectarentur, è qui
bus mel conficitur : è quorum opinione Virg. illas flores colligentes ait in 10
his ;

Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens .

Alii id contigisse maluerunt, quòd illæ Aristæum, quem putantur educasse,
mellis & olei conficiendi viam docuerint . offerrebat & vinum, ut Apol-
linis responsum apud Eusebium declarauit . atque hæc de Nymphis fabu-
losè dicta sint . Has Oceani filias, & fluiorum matres esse crediderunt, quia
vires humoris esse putarunt terræ & stirpibus insitas, & aquæ naturam quæ
conferret ad animalium, plantarum, & fructuum procreationem, per quas
omnia in lucem prodirent, ut sensit Orpheus in eo hymno ; 20

κροκύλλου, βάνχου τροφῆς, χείρου αἰδουχῆς,

καρπιτρίφου, λαμαρτρίου, νύμφης, πάλιαδου .

Ἰὼ βάνχου Δαίρει, χείρου βαντρίου φέρουσαι .

Nutrices Bacchi, quibus est occulta domus : quæ

Fructiferæ, & lætæ pratorum floribus estis :

Pascitis & pecudes, & opem mortalibus ipsæ :

Cum Cerere & Baccho vitam portatis alumnae .

Sunt autem idcirco vires humoris putandæ, quia non tota materia aquarum
vel generationi, vel nutrimento est accommodata, sed quædam eius pars, in 30
illud, quod nascitur, absumitur ; quædam permitta est ad eius nutrimentum
quod procreatur ; ut in ouis conspicitur ; alia pars exit in excrementum ex
ipso naturæ opificio . Illas igitur vires, ex quibus vniuersa generatio con-
fistit, intra aquarum naturam Nymphas antiqui appellarunt, quæ cum es-
sent adhuc in vniuersa aquarum natura, Oceani filias esse dixerunt, quia inde
primum nascerentur . Cum ex his viribus omnia orientur, quæ primum
videbantur se in flumina diffundere, fluiorum matres dictæ sunt, & per hos
denique vniuersæ generationis parentes sunt vocatæ . hinc fructiferæ meri-
tò, hinc florum feracæ, hinc homines & animalia omnia nutrite, hinc Bac-
chi alumnae dictæ fuerunt, & pascitorum dæ, & pratorum, & omnium ani-
malium præfides . Harum Nympharum eam esse vim humoris, indicio est vel her- 40
bæ illius natura quæ Nymphæa vocatur à Dioscoride quasi aquatica, quia
plurimum gaudeat humore, dictæ sunt habitare sub terra, quia dulciù aqua-
rum origo putetur sub terra in locis cavernosis fieri ex aere in aquam verso,
sicut augentur vaporibus maris conuersis in pluuias . Et quoniam in mari,
fluuuis, stagnis, fontibus, riuisque, & in montibus diffusæ essent humoris vi-
res aptæ ad generationem, idcirco omnibus his locis Nymphas præfecerunt ;
& cum sydera quoque humoribus pasci nonnulli arbitrarentur, in sphaeris
quoque Nymphæ ab illis sunt collocatæ : quas paucis exceptis propriis no-
minibus

O o

minibus

Mythologiæ

minibus carere passi sunt. Quæ fuerit harum Nympharum natura facile declarat sacrificiorum genus, quæ illis offerebantur: nam sicuti Diis celestibus ignem in sacris, & figuras, & lumina, & multa ad visum spectantia adhibuerunt; sic ut aëriis numinibus muscos cœcentus, & odores, qui suaviter aera inficerent; sic in terrestrium & marinorû sacris, siue prælectorum deorum aquis, illa addita sunt, quæ ad gustum pertinerent, & quæ essent solidæ: quippe cum illa crassiorem naturam significarent, ut dictum est. Omnium verò Deorum, ut summam dicam, qualis erat natura, tales & loci, & sacrificia, & ceremoniæ dicabantur, ex quibus facile possent cognosci. at de Nymphis factis, nunc de Baccho dicamus.

De Baccho.

Cap. XIII.

Bacchus, quem Dionysium etiam vocarunt, è quibus parentibus ortus sit, diuerse fuerunt antiquorum poetarum opiniones. nam Orpheus in hymno in Dionysium Semeles illum filium dixit, & apud mare natum hoc pacto;

20

*Ἄσφι θούρατος Σαίλας ἱερὰ δὲ νότι
Μοῖρατος δὲ ἰφάνη ἀπὸ τοῦ ἄλλοι ἀπρόστα.*

Te Dionyse pater canimus Semeleia proles,
Quem videre maris ventosi ad litora primum.

Idem postea poeta in alio hymno Iouis & eiusdem Semeles filium inquit;

*κλεινὸν ποτὶ Διὸς ἄσφι ἱερὰ δὲ νότι
Ἰούδα καὶ Σαίλας ἱερὰ δὲ νότι ἀλλοι νότι.*

Comptum hedera canimus Dionysum multa frementem;
Et Iouis & Semeles claræ de sanguine prolem.

Fuit autem mortalis Semele, & Cadmi filia, ut ait Euripides in Bacchis;

30

*ἔσω δὲ κατὰ γὰρ δὲ Σαίλας ἱερὰ
Διόνηος, ἡ Σαίλα δὲ ἰφάνη ἀπὸ τοῦ ἄλλοι
Σαίλας ἀπρόστα δὲ νότι ἀπρόστα νότι.*

Accedo Thebas Bacchus è Saturnio

Natus Ioue & Semele puella, filia

Cadmī edidit me olim ferenti fulmina.

40

Fabulantur poete Iouem Semeles præstantissima forma captum, illam aliquando compressisse; quod cum grauiet ferret Iuno, pellicumq; numerus in dies cresceret, dicitur è cœlo descendisse, seque in anum mutasse, ac persuasisse Semele ut Iouem per Stygiam paludem iurare compelleret, quod is esset sibi munus, quod vellet concessurus. fore enim pulcherrimum spectaculum, si Iupiter cum maiestate ad eam accessisset, dicebat; eamq; tum demum se a Ioue compressam fuisse posse gloriari. cum igitur iurasset Iupiter se concessurum sine nomine quidquid peteret, illa petiuit ut talis ad se adiret, qualis ad Iunonem accedere solebat. Verum cum ipsa esset mortalis, vim fulminis sustinere non potuit, quare continuo, ut dicitur, in cinerem est conuersa. Id explicauit ita Ouidius in lib. 3. Metamorph.

rogat illa Iouem sine nomine munus.

Cui Deus elige ait; nullam patiēte repulsam;

Quoque magis credas; Stygii quonque conscia sunt;

Numina torrentis; timor, & Deus ille Deorum est.

LXXA